Ante quinquagenos abhinc quinosq; annos, ... comitem & dominum dn. Laurenti...

Flachsenius, Johannes Henrici,

82 Aa 16/3

National Library of Sweden

JOHANNES LACHSENIUS,

S. S. THEOLOGIÆ DOCTOR T PROFESSOR ORDINARIUS,

PATRONIS LITE ARUM OPTIMIS,

PATRIBUS CIVIBUS E ACADEMICIS,

S. I P.

ANte quinquagenos abhinc quinosq; annos, dur ivinæ clementiæ & infinitæ bonitatis radius hanc borealem
plagam ita illuſtravit, ut eò dirigerentur cc tationes Regales & conſilia, ut latè patens Septemtrionis
terra, quæ prius ignorantiæ nebulis, barbarie incultis moribus ſqualeret, jam in ſui centro, Regali prorſ-
ſus munificentiâ, erectum haberet venuſtatis p lladium, ſapientiæ palæſtram & ſeminarium cultioris litera-
turæ, celebrem ſcilicet hanc ad Auram Academiam, ut eju crâ luce & doctrinarum gloriâ, ſapientia tum divina, tum
humana, in animis ſelectæ juventutis eò latius diſſeminata, uſus patriæ publicos felicius ſuccreſceret: non ſatis erat ſe-
ligere docentes, convocare diſcentes, ordinare ſtipendia ſerere jurisdictionem, condere leges & jura, imò ſingula
privilegiis munire, etiam Gubernatore opus habuit, iſta ta retioſis mercibus onerata navis, cujus prudentia & aucto-
ritate, malevolentum cum primis in jurisdictionem flu s detumeſcerent, & quilibet ad quod ſtationis ratione
obligatur, coerceretur, ut ita non impedita in portum nav are valeret. Hoc conſilio hactenus plures obtinuit â Rege
conſtitutos Cancellarios, videlicet primò PETRUM Bra per 40 annos, deinde BENEDICTUM Oxenſtierna/ per ſept-
ennium, & ultimò GUSTAVUM ADOLPHUM De-La-Garc per octenniū, ſingulos Heroes inclytos, Comites illuſtres,
Senatores Regios, & ſumis aliis functionibus & meritis ma nos, quibus vel in cœleſtem patriam, vel alias novas curas vo-
catis, non diu paſſa eſt Regia clementia hanc ſine moderato avim concuti, ſed ei tempeſtivè ſatis, ad clavū poſuit, talem
equidem Heroa qui & auctoritate, meritis in Regem & patri maximis, & ſapientiæ atq; prudentiæ actibus emineret & ex-
celleret, Illuſtriſſimum ſc. Comitem & Dominum, DN. LA RENTIUM WALLENSTEDT/ Conſiliarium
Regis Eminentiſſimum, Regii Judicii, quod Holmiæ eſt Præ em æquiſſimum. Cui novo Academiæ Patrono & Cancella-
rio inclyto, convenit omninò, ut exertis lætitiæ ſignis, & pc is gratulantiū monumentis, tempeſtivè occurramus, divinæ
Majeſtati gratias agentes devotas, quod ſuâ bonitate, Rem rariam hoc modo erectam conſervare & tutari dignata eſt
Regis animum eò flectens, ut in locum Cancellarii nunc in lis beati, iterum pari poteſtate, alius ſtudiorum incrementa
promoturus, clementer ſufficiatur. Valeant itaq; quæ ante oc duū luctus ciebant, ſyrmata nigra, triſtes elegi, ſermo exequi-
alis: ſacra oratorum ſedes nunc auro fulgeat, purpura luxuri , & ad feſtiva gaudia, gratulantiumq; jubila Muſas, florem ju-
ventutis, cives univerſos, convocet, colligat, excitet. Ut verc iterarū patroni, honoratiores urbis incolæ, cumprimis ordo
Acad. occaſionem habeant, inter publica hæc intimata gau a, præcordia ad interiores lætitiæ motus laxandi, novo Can-
cellario mutuis votis applaudendo, Oratorum cathedram e 6. Nov. i. e. futura die Mercurii h. 8. Eloq. Romanæ Prof.
M. CHRISTIERNUS ALANDER, conſcendere conſtituit, meri rum noſtri Herois gloriam, excelſis ingenii donis partam &
inde orituram futuræ gubernationis felicitatem, diſerto or prolixa ſerie, nomine publico commemoraturus. Quem ad
audiendum virtus Herois inclyta, eruditionis gloria, exce a dignitas & propenſus omnibus benefaciendi animus, cum
laude nominatos hoſpites officioſè â me compellatos, inv abunt. Perſcr. Aboæ 3. Nov. An. repar. ſalutis M.DC.XCV.

L. S.

KUNGL. BIBLIOTEKET STOCKHOLM

3/11 1695